


turpi inpugnatione laborantu. sese excan
tantium conparatione despicere. quod
uesperum aqualauatur. cum defectum suu
conspiciens. ad paenitentiae lamenta con
uertatur. ut fletibus diluat omne quod
animum occulta inquinatio accusat.
Sed post occasum solis ad castra redeat. qua
feruescente temptationis ardore necesse est
ut interius fiducian erga societatis bonum
sumat. post aquam quippe occumbente sole
ad castra reuertatur. qui post lamenta paenitem
tiae frigescente flamma cogitationis inlicite
ad fidelium merita praesumendae reparatur.
ut iam se a sceleris longe esse nonestimet. quia
mundum se per obitum intimi ardoris gaudet.

XXI Iubetur praeterea israheliticopopulo per
moysen ut cum egredituru. ad requisita natu
rae. mittat paxillum in balteo. et fossa humo
abscondat quae gesta fuerint. Naturae
enim corruptibilis pondere grauatio men
tis nostrae quaedam cogitationum superflua
quasi uentris grauamina erumpunt.
Sed per haec subbalteo paxillum debemus
ut uidelicet ad reprehendendos nosmetip
sos semper accincti curam nostrae mun
dum conpunctionis habeamus. qui in ces
sante terram mentis nostrae paenitentiae
dolore confodiat et hoc quod a nobis fedita
erumpit abscondit.

XXII Quod autem per mensura peccati et flagellis de
linquentes argui iussit iam praedictum
est. quod per quadragenarium numerum
figura significetur huius temporis. in quo
ecclesia per quattuor mundi partes diffusa
sub decalogo legis uiuit. quadragenario ergo
numero delinquentes cedimur. cum in hoc
tempore paenitentiae uerberibus flagel
lamur. Debet ergo quisque peccator
temporalibus flagellis adteri. quatenus
in iudicio purgatus ualeat inueniri.
beatus enim homo qui corripitur a domino.
nulla enim in aeternum animadversio
ad fugere potuit. quos hic paenitentiae
disciplina percussit. Sienim hic
propeccatis cedimur. illic sine peccato
inuenimur. EXPLICIT

INCIPIT CAPITULATIO LIBRI IESUNAUE

I De mortemoysi et principatu iesunaue.
II De duob. exploratoribus et meretrice raab.
III De transitu arbae et diuisione iordanis.
IIII De duabus semistribus et manasse p cedentib. isti.
V De duodecim lapidibus.
VI De circumcisione secunda.
VII De excidio hieri cho et saluatione raab.
VIII De furtu achan.
VIIII De constructione altaris.
X De maledictionibus et benedictionibus.
XI De gabaonitis.
XII De proelio in gabaon.
XIII De exterminatis gentibus et terrae diuisione.
XIIII De diuisione terrae in duabus et noue semistrib;
XV Quod leuitae nonaccepe runt heredi
tatem terrae.
XVI Quod habitacula leuitarum per omnes
tribus dispertiuntur.
XVII Quod quadraginta duas urbes leuitae
in possessionem acceperunt.
XVIII De cananeo populo extincto.

EXPLICIUNT CAPITULA

EXPOSITUM IN IESUNAUE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc159/0259